I. COZZA-LUZI

DE LEGUM CUSTODE

ET

ATHENAEO CONSTANTINOPOLITANO

DECRETUM SEU NOVELLA IMP. CONSTANTINI MONOMACHI

DESCRIPTA A IOANNE EUCHAITENSI

ET AB A. CARD. MAI LATINE VERSA

ROMA
TIPOGRAFIA DELLA PACE DI F. CUGGIANI
VIA DELLA PACE NUM. 35
1884

Byzantine empire. Laws, statutes, etc. Administrative law

I. COZZA-LUZI

DE LEGUM CUSTODE

ET

ATHENAEO CONSTANTINOPOLITANO

DECRETUM SEU NOVELLA IMP. CONSTANTINI MONOMACHI

DESCRIPTA A IOANNE EUCHAITENSI

ET AB A. CARD. MAI LATINE VERSA

ROMA
TIPOGRAFIA DELLA PACE DI F. CUGGIANI
VIA DELLA PACE NUM. 35
1881

Estratto dal periodico STUDI E DOCUMENTI DI STORIA E DIRITTO
ANNO V. — 1884.

DE LEGUM CUSTODE
ET ATHENAEO CONSTANTINOPOLITANO

DECRETUM SEU NOVELLA IMP. CONSTANTINI MONOMACHI

DESCRIPTA A IOANNE EUCHAITENSI ET AB A. CARD. MAI LATINE VERSA.

—

MONITUM

Religiosa manu ea, quae supersunt, Angeli Mai viri tum doctrina tum dignitate eminentissimi scripta perscrutanti, ut inceptum eius magnum *Novae Patrum Bibliothecae* absolverem, occurrit versio huius Decreti seu Novellae de *Nomophylace*, legum custode vel magistro in urbe Constantinopolitana et imperio Romaeorum.

Constantinus Monomachus imperator medio saeculo XI legem hanc protulit suasu et cura Ioannis, qui cognominatus erat Mauropus, quique et scriptor insignis et sanctimonia clarus metropolita fuit Euchaitarum, unde ipsi nomen Euchaitensis in historiis sacris et litterariis inditum est. Is non modo nobilem huiuscemodi institutionem scholae supremae legum in urbe maxima excogitavit, sed et ipse imperatori suasit; et sedem, et provisiones, et normas et bibliothecam, et iura, ac primum *Nomophylacem* fortasse indicavit, atque nomine ipsius imperatoris textum legis erudite luculenterque exaravit.

Hac de causa textus huiusce legis et descriptio instituti cum hucusque inter legalia scripta desideraretur, repertus est in operibus Ioannis Euchaitensis. — Etsi variis in locis varia scripta Ioannis apparuerint, et plurima quoque edita, tamen volumen sane magnum, omnia fortasse opera eius complectens, et quod praecipuum est eius aetati affine, invenit et indagavit Angelus Mai in codice graeco Vaticano n. 676. Codex iste in praestantibus membranis et praestantibus characteribus, aliquot etiam aureis, labentis saeculi undecimi scripta complexus est Ioannes Euchaitensis; et cum aliqua

essent iam edita, Maius excerpere coepit quae adhuc delituerant, et textum et versionem parabat, ut in sua Nova Patrum Bibliotheca vulgaret. Et sane reliqua sunt quaedam haec studia inter Maiana schediasmata, ac praecipue in cod. Vat. 9575. — Anno vero 1854 Angelo Mai morte praeoccupato iacuit codex, iacuit et opus in Euchaitam, et editio irreperti scripti intercepta est; sed postea cl. v. Io. Bollig scriptor Bibliothecae, et mox custodum alter, codicem pretiosum in manibus resumpsit, totum exscripsit, et postea cl. v. Paulo Lagarde tradidit integrum edendum Gottingae anno 1882. Editio haec vel nude codicem Vaticanum repraesentat, nulla distinctione facta operum editorum, nulla versione, nullisve animadversionibus praedita, praeter quoddam initio Monitum et notulas, Maianisque curis minime commemoratis.

Cumque itaque incidissemus in versionem Maianam decreti Imperatoris Monomachi, quod pretiosissimum visum est futurum historiae legali, et una cum versione textum graecum a Maio typis iam paratum invenissemus, utrumque graecum et latinum scriptum in lucem proferre operae pretium existimavimus, tum gloriae Mai, tum historiae legali, tum etiam notitiae primi Nomophylacis, qui fuit Ioannes Xiphilinus, consulturi.

De ipsa lege fortasse aliquid praefari oporteret. Doctis vero atque studiosis historiae iurisprudentiae sententia integra esto; praesertim cum hanc provinciam iure merito suscipiendam rogaverimus virum clarissimum, in huiusmodi disciplinis certe modo principem, Hilarium Alibrandi, in Romana curia legibus tradendis magistrum insignem. Et sane in hac lege notitiae alias irrepertae proferuntur. — Noveramus enim in Capitolio Byzantino *auditorium* variarum disciplinarum Constantinum urbis regiae statorem et auctorem constituisse, et postea scholae legum cum publico stipendio Theodosium II imperatorem vel novae vel ampliori ibi consuluisse, atque ius legalium scholarum fere privum fuisse Constantinopoleos, Alexandriae et Beryti. Historia quoque nos docuerat lamentabilem sortem, imperante Leone Isaurico, auditorio

Constantinopolitano servatam, quando is *doctorem oecumenicum* seu praesidem et duodecim antecessores in athenaeo inclusos una cum libris et aedibus noctu igni tradidit. Tanto sceleri alii principes occurrere sategerunt: his disciplinis incrementa praebere, et studia propagare, studiososque promovere viros, atque iuventutis institutores curaverunt, publicis honoribus atque adiumentis etiam adhibitis. Inter hos itaque legalium scholarum Maecenates modo apparet singulari gloria fulgens Imperator Const. Monomachus, qui medio saeculo decimo primo, quando huiusmodi studia vel prostrata fuisse arbitrabantur, vel obsoleta, insignem erigit institutionem foecumdamque: bibliothecam legalem congerit: iuvenes arcessit studiosos, magistros eisdem dat prestantissimos curiae viros: hosque honoribus et provisionibus exornat: nonnisi ad rem apud eos excultos admittit in causis agitandis: et sedem stabilem cum templo S. Georgii e fundamentis excitat. Opus quidem videretur temporum meliorum, regum hominumque celebrium famam exaequans et merita.

Qui vero primus ad amplissimum munus huius institutionis praeeundae assumitur, Ioannes est Xiphilinus. Is certe celeber aetate sua vir notissimus erat tum doctrina, tum scriptis, tum pietate, tum etiam dignitate patriarchatus Constantinopolitani [1], minime vero uti legum magister notus. Modo edocti sumus eius in legibus peritiam et scientiam, novum eius titulum *nomophylacis;* ex quo factum est, ut ille qui inter optimos legum interpretes nonnumquam recurrit, *Ioannes Nomophylax* nuncupatus, quique quis et quando fuerit ignorabatur, per haec scripta non modo fit manifestus, verum etiam elucet quanta polleat laude, quantaeque habendus sit auctoritatis.

Certe quidem interest ut tanti viri, quem *Novella* haec tot

[1] In quibusdam adversariis suis Mai animadvertit: «Apparet hunc Iohannem Xiphilinum fuisse antea (ante patriarchatum) episcopum Chalcedonensem, nisi patriam mavis intelligere. Dictus est autem Chalcedonensis, ut distinguatur ab aliis patriarchis CPolitanis Iohannibus.»

extulit plausibus, pleniores habeantur notitiae. Si prospere quaedam inquisitiones nostrae cedant, iusto desiderio eruditorum satisfacturi nos arbitramur.

Quaerent fortasse eruditi viri, utrum is Ioannes Xiphilinus idem sit, ac qui historiam Dionis in epitomen redegit: sed hac in re nullum restat dubium, postquam idem epitomator sese nepotem esse Ioannis Xiphilini patriarchae fateatur in suis scriptis dicens: Ιωάννης Ξιφιλῖνος ἀδελφοπαῖς Ιωάννου πατριάρχου ἐπὶ Μιχαὴλ αὐτοκράτορος τοῦ Δουκᾶ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τῶν πολλῶν βιβλίων τοῦ Δίωνος συντεττόμενος κ. τ. λ.[1]: *Ioannes Xiphilinus patriarchae Ioannis fratris filius imperante Michaële Duca hanc epitomen Dionis ex multis libris redigens* etc. Ideoque minime confundendus cum legum magistro vel nomophylace, qui postea patriarcham egit.

Illud vero ad rem nostram maxime facit, neque fas est praeterire silentio, ad evincendum scriptorem Novellae fuisse Ioannem Euchaitam, maxime argumento esse eiusdem carmina, quae iam antea in vulgus prodierant, et quorum sensus intelligi plane nequiverat, antequam scriptum eius de Nomophylace reperiretur. Is enim, ut plurima sua et sui temporis gesta in carminibus commemorat, sic et habet epigramma εἰς τὴν τοῦ Νομοφύλακος νεαράν, idest *in Novellam de Nomophylace*, in quo haec dicit de seipso:

Αὐτὸς σκοπήσας πρᾶγμα κοινῇ συμφέρον,
Αὐτὸς βασιλεῖ τὸ σκοπισθὲν γνωρίσας,
Αὐτός τε πείσας, αὐτός ἐστιν ὁ γράφων[2].

Ipse, qui factum reipublicae prodesse cogitavit,
Ipse, qui imperatori rem excogitatam aperuit,
Ipse, qui suasit, ipse et scriptor est.

His versibus et alia quae legimus inter carmina Euchaitensis videntur congruere, quae magis extollunt laudes imperatoris Mo-

[1] In editione Sylburgii p. 195, 196; apud Migne loc. cit. col. 1191.

[2] Haec carmina iam edita erant a Lambecio absque adnotatione l. V p. 72, apud Migne *Patrologia Graeca* t. 120 col. 1194, n. XCIV, in codice Vat. ea legimus f. 41, unde edidit Lagarde n. XCIV, pag. 50

nomachi, cuius imperatorio edicto, manu sua per cinnabarim subscripto, ut mos erat imperatoribus atque imperatricibus [1] aliisque augustis subscribere, consuluit profectui studiosae iuventutis; atque hoc pacto ulterius demonstrat quanto in pretio institutio illa scholae legalis tunc etiam haberetur. Titulus his versibus praepositus fortasse non venit, ut arbitror, a manu Euchaitensis: dicit enim εἰς τὴν διὰ κινναβάρεως χαραγὴν τῶν σχεδῶν [2], *in chartarum subscriptione colore cinnabaris.* Versus autem hi sunt:

Η δεσπότου χεὶρ τοῦ σοφοῦ Μονομάχου
Αληθινὸν νοῦν ἐντίθησι τοῖς νέοις,
Ανθεῖ καταχρώζουσα πορφυροχρόῳ
Βασιλικῆς γνώρισμα λαμπρὸν ἀξίας.

Manus sapientis imperatoris Monomachi
Veras interpretationes praebet iuvenibus,
Floribus purpurei coloris inferius ornans
Splendidum argumentum regiae dignitatis.

De Ioanne autem Euchaitensi plura alii dixere, inter quos Janningus et Rayaeus [3], Fabricius et Harles [4], Ballerini Ant. [5], Bustus Matthaeus Etonensis [6], Cave [7].

Hoc tantum itaque nobis restat, ut quo pacto nos in hac typis tradenda lege gessimus, aperiamus. Graecum textum ex apographo Angeli Mai desumptum non modo cum editione Gottingensi, sed et cum ipso codice contulimus, et si quid esset notandum fideliter animadvertimus. Certe quidem Maius, si ipse typis illum commisisset, ad codicem contulisset, et quae eum fu-

[1] Refertur subscriptio purpurea Annae Comnenae ad calcem typici monasterio a se constructo praescripti, in codice Parisiensi.
[2] Haec legimus et apud Migne loc. cit. col. 1176.
[3] In *Actis Sanctorum* Bollandianis tom. I et II mensis Iunii.
[4] Bibliothec. Graec. ed. Harles. t. VIII p. 627.
[5] Sylloge Monument. ad Deip. Concept. spect. Romae 1850.
[6] Matthei Bust. Editio epigrammatum iambicorum. Etonae 1610.
[7] Historia litteraria ecclesiastica saeculi XI.

gerant, emendasset. Partitionem paragraphorum ab ipso Maio datam servavimus, omissa alia partitione in §§ 27, quae apparet in editione Gottingensi. Versionem pariter Maianam ex eius autographo [1] sumpsimus, et si quid ipse omisit, nam quaedam ei in exscribendo textu suo exciderant, supplevimus, locis tamen ubi id accidit accurate annotatis. Praeter haec, parcis animadversionibus editioni nostrae adiunctis, omnia studio et adnotationibus eruditorum permittimus.

[1] Ex codice Vaticano 9575 apparet Mai bis scripsisse versionem huius Decreti seu Novellae: duplex enim ibi est versionis latinae exemplar. Ex iis duobus nos illud selegimus, quod secundas curas Mai expertum esse videtur, et cui ab eodem interprete appositus est e regione graecus textus manu sua e codice descriptus.

Νεαρὰ [1] ἐκφωνηθεῖσα παρὰ τοῦ φιλοχρίστου δεσπότου, κυροῦ [2] Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου, ἐπὶ τῇ ἀναδείξει καὶ προβολῇ τοῦ διδασκάλου τῶν νόμων [3].

Novella edita a Christo amante imperatore domino Constantino Monomacho, de creatione et electione Magistri Legum.

---

§ 1. *Exordium* — *Lex est imperii robur.*

α'. Καὶ [4] τίς ἑτέρα φροντὶς, ποῖον ἔργον ἢ σπούδασμα βασιλείᾳ μᾶλλον προσῆκον τῆς περὶ τοὺς νόμους προνοίας; « Τιμὴ γὰρ βασιλέως, κατὰ τὸ λόγιον [6] „ κρίσιν ἀγαπᾶν „ καὶ « δικαιοσύνη καὶ „ κρίμα κατόρθωσις τοῦ θρόνου αὐτοῦ „ [7]. Απερ ἄλλως ἀμήχανον βασιλεῖ προσγενέσθαι, πλὴν ἐκ νόμου καὶ διὰ νόμου, δι' οὗ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ δυνάσται, καὶ ἄρχοντες κυριεύουσι γῆς [8]. Καίτοι παρ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν νόμων νομικῆς αὐθεντίας, τὸ βασιλικόν τε καὶ θεῖον ἀπολέλυται κράτος, ὡς αὐτὸ δεσπόζον ἁπάντων, οὐχ ὑπό τινος ἄλλου τῶν ἐπὶ γῆς δεσποζόμενον [9].

Αλλ' αὐτῶν [10] ἐκείνων [11] ἀκούομεν αὐ-

1. Quaenam [5] alia cura, vel quod opus, aut occupatio regiae dignitati magis conveniens, quam circa leges sollicitudo? Etenim *regi honor est*, ut ait oraculum, *aequitatem diligere*: et *iustitia atque iudicium correctio sedis eius*. Quod quidem haud aliunde regi confieri potest, quam a lege et per legem, vi cuius *reges regnant et dynastae ac principes dominantur terrae*. Quamquam vero a praedictarum legum legitima auctoritate regium summumque imperium immune est, quia hoc omnibus dominatur et nullius terrenam potestatem patitur.

Leges [12] tamen vicissim audimus ex-

[1] In codice graeco Vat. 676 fol. 280 verso legitur titulus aureo charactere, superius vero in margine colore cinnabari: Τοῦ αὐτοῦ; nam sequuntur opera eiusdem Ioannis Euchaitensis in eo volumine complexa. Graecus textus a Maio descriptus incipit fol. 9 Codicis latini Vat. 9575. – [2] Sic cod. habet, nec κὺρ nec κυρίου, ut aliis in locis. – [3] In cod. additur εὖ' seu εὐλόγησον δέσποτα *benedic domine*, quae dicendi forma post titulum lectionum et sermonum plerumque usurpari solebat. – [4] Paragraphi nulli sunt numeris distincti in codice 676: Maius distinxit scriptum in quindecim, editor vero Gottingensis in viginti septem: Maiana itaque hic paragraphorum distinctione servata, Gottingensem innuemus in notis. – [5] Codicis latini Vat. 9575 autographon Angeli Mai fol. male praepositum, nam post fol. 8 erat ponendum. – [6] Ψαλμὸς ϞΗ'. 4. – [7] Ψαλμὸς ϞϚ'. 2. – [8] Παροιμίαι Σωλομόντος ιη' etsi in comuni textu iuxta LXX aptius argumento legis appareat de sapientia dictum δι' ἐμοῦ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ οἱ δυνάσται γράφουσι δικαιοσύνην *per me reges regnant, et potentes scribunt iustitiam;* tamen sic est in codice. – [9] Mai sic scribit ut et codex habet, sed δεσποζόμενον habet editio Gotting. – [10] Hinc paragraphus 2 editionis Gotting. – [11] Codicis pagella prima folii 281. – [12] Et in versione latina a linea exordiri

θις τῶν βασιλέων ὑπ' εὐγνωμοσύνης δικαίας τὴν χάριν παραιτουμένων, καὶ οἷον ἀμοιβήν τινα ταύτην ἀντιδιδόντων τοῖς νόμοις, τὸ ὑπ' ἐκείνοις τῶν σκήπτρων τὴν ἐξουσίαν ποιεῖν, καὶ σὺν αὐτοῖς μᾶλλον ἄρχειν αἱρεῖσθαι προσηνῶς καὶ δικαίως, ἢ κρατεῖν δίχα τούτων βιαίως καὶ παρανόμως, σοφώτερον ἢ κατὰ τοὺς ἰδιώτας, ὧν ἄρχουσι, περὶ τούτου λογιζομένων. Διαφέρειν γὰρ τύραννον ἐν τούτῳ καὶ βασιλέα, ὅτι ὁ μὲν, ὡς ὁ λόγος, νόμον ἔχει τὸν τρόπον, βασιλεὺς δὲ τὸ ἔμπαλιν, τρόπον ἔχει τὸν νόμον, ἐπιστασίαν μὲν ἔννομον τὴν ἀρχὴν ἐπιστάμενος, τῆς δ' ἀρχῆς σοφὸν κυβερνήτην τὸν νόμον ἀσπασίως παραλαμβάνων· ὅστις εὕρεμα μέν ἐστι καὶ δῶρον θεοῦ· τέχνη δὲ καὶ λέγεται καὶ πιστεύεται τοῦ καλοῦ τε καὶ ἴσου, ἐπανορθοῦται [1] δὲ πάντα τὸν ἀνθρώπινον βίον, καὶ θαυμαστήν τινα τάξιν πρυτανεύει τοῖς πράγμασι· τάξις δὲ τὸ κεφάλαιον, ὡς ἔπος, τῶν ἀγαθῶν, ἣ καὶ τὰ ἐπίγεια συνέχει καὶ τὰ οὐράνια.

poscere a regibus iustae benivolentiae gratiam et quamdam veluti remunerationem sibi retribui, nempe ut sub ipsarum potestate velint sceptra tenere, et cum iisdem malint blande iusteque imperare, quam sine ipsis violenter et inique dominari; sapientius in hoc iudicantes, quam privati homines, quibus reges praesunt: nempe hoc differre a tyranno regem quod ille, ut dici solet, legis loco habet mores suos, rex autem contra habet legem morum suorum normam, principatum sciens esse praesidatum legitimum, qui quasi sapientem gubernatorem sibi libenter legem assumit. Quae profecto divinum inventum donumque est, atque ars definitur et creditur boni et aequi; totamque dirigit humanam vitam, ac mirum quemdam imponit rebus agendis ordinem. Ordo autem caput, ut aiunt, bonorum est, qui etiam terrena cum caelestibus copulat.

§ 2. *De antiqua cura legum, et scholarum legalium incuria.*

β'. Τοσαύτην [2] τοίνυν τοῖς νόμοις ἐνυπάρχουσαν δύναμιν οἱ πρὸ ἡμῶν εὐσεβέστατοι βασιλεῖς συνιδόντες, οὐχ ἧττον [3] τῶν νόμων ἢ τῶν ὅπλων ἐφρόντισαν· τὰ μὲν ἐκ πολέμων κακὰ στρατηγικαῖς ἀριστείαις, ἢ ταῖς ἄνωθεν μᾶλλον συμμαχίαις, ἀπείργοντες τὸ δὲ τῆς εἰρήνης κα-

2. Tantam igitur legibus inesse vim imperatores ante nos piissimi cognoscentes, haud minorem legum quam armorum curam gesserunt: et bellorum quidem mala militari virtute, (vel potius supernis auxiliis) averterunt; pacis vero bonum legibus optimis a-

maluimus ut graecus textus, etsi id Mai plerumque in neutro textu non fecisset. — [1] Sic cod. et editio Gotting.; sed apud Mai est ἐπανορθῶται. — [2] Hinc paragraph. 3 Gott. editionis. — [3] Codicis pagella altera folii 281.

λὸν νομοθεσίαις ἀρίσταις ἐπικοσμοῦντες, καὶ δι' ἀμφοτέρων δεικνύντες τῆς βασιλικῆς ἐπιστήμης τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μέγεθος. Ἀλλὰ καί περ οὕτω σπουδάσαντες περὶ τὴν τῶν νόμων τιμὴν, καὶ[1] πολλὴν εἰς τοῦτο τὸ μέρος πραγματείαν εἰσενεγκόντες, ὡς πολλοῖς μὲν κόποις καὶ πόνοις τὴν ἐν τούτοις ἀμετρίαν συστεῖλαι, πολλὰ δὲ καμεῖν περὶ τὴν ἑρμηνείαν[3] τῆς Ἰταλίδος, καθ' ἣν ἡ τῶν νόμων ἀρχαιότης συνέκειτο. Οὐκ ὀλίγα δὲ πρὸς τὴν τούτων ταλαιπωρῆσαι σαφήνειαν, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἀνακάθαρσιν· ὅτι πλείστης φροντίδος καὶ σπουδῆς ἀξιῶσαι, ἕν τι κάλλιστον πρᾶγμα καὶ τῷ κοινῷ συμφορώτατον, οὐκ οἶδα πόθεν οὐδ' ὅπως, παρέλιπον ἀδιοίκητον. Ὧν[4] γὰρ τὴν χρῆσιν ἐτίμησαν, τούτων ὑπερεῖδον τὴν ἄσκησιν· καὶ οὓς διαφερόντως ἠδέσθησαν, τούτοις οὐκ ἐξεῦρον διδάσκαλον.

Ἀλλὰ τοὺς συμβολαιογράφους μὲν ἀνακρίνουσι, καὶ τοὺς συνηγόρους[5] εὐθύνουσιν, ὅθεν τε καὶ ὅπως τὰ τῶν νόμων παρέλαβον. Καὶ οὐ πρὶν ἐπιτρέπουσιν οὐδενὶ τῶν τοιούτων ἢ τοῖς σωματείοις ἐγκαταλέγεσθαι, ἢ τοῖς λογιωτάτοις ἐναπογράφεσθαι ῥήτορσι, πρὶν ἂν καὶ διδασκάλους ἑαυτῶν ἀποδείξωσι, καὶ χρόνον γνωρίσωσιν, ὁπόσον διέτριψαν ἐν τοῖς τῶν νόμων μαθήμασιν. Αὐτὸν δ' ἐκεῖνον τὸν ταῦτα φιλοπόνως διδάξοντα, καὶ τὴν τῶν νόμων εἴδησιν τούτοις ἀκριβῆ παραδώσοντα, μακροθύμως εὖ μάλα καὶ μεγαλοψύχως, παρέδραμον. Οὐκ ἄνδρα πρὸς

dornarunt; et utraque re sapientiae regalis dignitatem ac magnitudinem demonstraverunt. Sed enim quamquam honorandis legibus tantopere studuerunt, multam his operam impendentes, multisque laboribus et elucubrationibus earumdem[2] redundantiam restringentes gravique studio ex Italico, quo olim scriptae fuere, sermone transferentes: insuper haud perfunctorie ad earum declarationem incumbentes, nec non et ipsarum purgationi plurimum studium et operam conferentes; unum quid tamen pulcherrimum et reipublicae perquam utile, nescio quomodo, praetermiserunt; quia videlicet, quarum utilitatem suspiciebant, earum scholasticam institutionem neglexerunt, et quas plurimi aestimabant, iis magistrum non adinvenerunt.

Sed tabelliones approbant, et patronos idoneos iudicant, undelibet et quomodolibet leges didicerint; neque iubent, ut horum nemo vel in collegia cooptetur, vel sapientissimorum rhetorum numero adscribatur, antequam magistros suos demonstrent, et quanto tempore in legum disciplinis versati sint manifestent: hominem denique, qui haec sedulo docturus esset, legumque accuratam scientiam longanimiter multoque nisu eis traditurus, non constituerunt: neque virum huic muneri idoneum delegerunt; neque conventus

[1] Textus graeci Maiani fol. 10. — [2] Autographi Maianae versionis fol. 9. — [3] Male apud Mai ἡρμην... scribitur. — [4] Hinc paragraphus 4 Gottingensis editionis. — [5] Codicis pagella prima folii 282.

τοῦτο δυνατὸν ἐκλεξάμενοι, οὐ συναγωγῆς τινα τόπον τοῖς νόμων ἐρασταῖς ἀποτάξαντες, οὐ σιτήσεις ὁρίσαντες, οὐκ ἄλλο τι τῶν ὅσα συνιστᾷν τε καὶ συγκροτεῖν διδασκαλείου πέφυκε τάξιν οἰκονομήσαντες· ἀλλ' ὡς ἀκυβέρνητον πλοῖον τὴν ἱερὰν νομομάθειαν ἐν μέσῳ τῷ πελάγει τοῦ βίου κατέλιπον, ὡς ἂν συμπέσοι καὶ τύχοι πλανᾶσθαι καὶ φέρεσθαι.

certum locum legum studiosis adsignarunt: neque stipendia decreverunt; nec aliud quicquam providerunt, quod ordinatae scholae creationem coagmentationemque saperet; sed tamquam sine gubernaculo navim, sacrum legum studium in medio humanae vitae pelago destituerunt, ut quaquaversus erraret fortuito ac deferretur.

§ 3. *Defectus certi magisterii perniciosus.*

γ'. Οὐδένα [1] γοῦν σχεδὸν ἴσμεν τῶν εἰς πολιτείαν ἄρτι παραγγελλόντων ἀπ' ἀξιοπίστου μαθήσεως, ὡς ἐξ ὅρμου τινὸς ἢ λιμένος εὐθέτου ἐπὶ τὰς πολιτικὰς ἀναγόμενον μεταχειρίσεις [2] καὶ πράξεις· ἀλλ' ὅσον τῆς νεότητος μέρος πρὸς τὴν τοῦ μαθήματος τούτου γνῶσιν ὀργᾷ, ζητεῖ μὲν καὶ λίαν ἐπιμελῶς τὸν διδάξοντα, οὐδένα δὲ βλέποντες εἰς τοῦτο προβεβλημένον, οὐδὲ κρίσει καὶ ψήφῳ μεμαρτυρημένον βασιλικῇ, ἀπορίᾳ τοῦ κρείττονος ἐφ' ὃν ἂν τύχοιεν ἕκαστος ὁρμᾶται [3] καὶ φέρεται· καὶ ἄλλος ἄλλῳ πιστεύσας ἑαυτὸν διδασκάλῳ, κἂν πάντων ἀτελέστερον ἔχοι περὶ τὴν τοῦ μαθήματος ἄσκησιν· [4] ὅμως τὸ ῥηθὲν ὑπ' ἐκείνου, βεβαίως παραδεξάμενος, ἀπῆλθε πολλάκις, οὐχ ἃ τοῖς νόμοις ἐδόκει, ἀλλ' ἃ τῷ διδάξαντι ἐπῆλθεν εἰπεῖν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν τε καὶ μνήμην παραλαβών. Ὡς ἐντεῦθεν πολλήν τινα ταραχήν τε καὶ σύγχυσιν περὶ τὰς ἑκάστοτε κρίσεις

3. Ergo neminem ferme novimus ex profitentibus nuper vitam politicam, qui ex digna et probabili institutione, tamquam de statione quadam aut portu ad administrandam rempublicam accesserit; sed quotquot adolescentes ad huius scientiae notitiam inhiant, ii quaerunt sane studiose qui se doceat, sed neminem magisterio deputatum cernentes, nec iudicio ac decreto regio munitum, melioris inopia, unusquisque ad fortuito inventum se confert et applicat. Atque ita alius alii se credens magistro, quamquam forte ad disciplinae institutionem inepto, nihilominus dictis [5] ab eo firmiter imbutus discedit, non legum sensu, sed magistri opinione in proprium animum memoriamque recepta. Hinc frequens quaedam perturbatio in singulis rerum iudicationibus contingebat, quia nempe iudices, paucis om-

[1] Hinc paragraphus 5 Gottingensis editionis. – [2] Codicis pagella altera fol. 282. – [3] Codex et editio Gottingensis ὁρμᾶ τε, sed cod. prius ὁρμᾶται postea erasis αι fecit ε in fine. – [4] Versionis autographae Maianae fol. 10. – [5] Codicis graeci textus Maiani fol. 11·

ἐπισυμβαίνειν τοῖς πράγμασιν, ἅτε τῶν δικάζειν λαχόντων, πλὴν ὀλίγων παντάπασι, κἀκείνων τῶν πλεῖστα ταῖς τῶν νόμων βίβλοις ἐνιδρωσάντων, οὐ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἢ φρονούντων ἢ φθεγγομένων, ἀλλ' ἐκ διαφόρων μαθήσεων, διαφόρους καὶ δόξας ἐπαγομένων, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ τὸ πλεῖστον ἀλλήλοις ἐναντιουμένων [1] καὶ συγκρούοντων, κἀντεῦθεν ἀπορίαν δεινὴν, καὶ τοῖς ἀκριβοῦσι πάνυ τοὺς νόμους εἰς τὴν τῶν πρακτέων εὕρεσιν ἐμποιούντων· ἐπεὶ μηδεὶς πρὸς μηδένα τῶν ἀντιπολιτευομένων ἀνέχεται τὸ ἧττον φέρειν ἐν τούτοις, ἀλλ' ὑπὸ φιλοτιμίας τε περιττῆς καὶ δοξομανούσης νεότητος, ἄμεινόν τι δόξαι τῶν ἄλλων φρονεῖν ἀγωνιζόμενος ἕκαστος, οὐκ ὀκνεῖ τὴν πρὸς ἅπαντας ἀντιλογίαν τε καὶ διένεξιν. Οὗ τί ποτ' ἂν ἄλλο καταγελαστότερον γένοιτο; ὁπόταν οἱ τοῖς ἄλλοις ἐπαγγελλόμενοι τὰ ἀμφίβολα λύειν, αὐτοὶ πρὸς ἀλλήλους οὐχ ἥκιστα διαφερόμενοι φαίνοιντο.

nino exceptis, qui plurimum in legum libris desudaverant, haud consonanter in iisdem causis censebant vel loquebantur, sed pro disciplinae suae differentia, diversas sententias reddebant, ut par erat, et plerumque inter se contrarias et repugnantes: ac proinde gravem ambiguitatem, legum quoque apprime peritis ob inveniendam expediendorum negotiorum rationem creabant. Quia nemo facile patitur ab aliquo contrarium censenti superari; sed surgente ambitione et iuvenili gloriae amore, melius aliquid quam ceteri sentire studens, cunctis adversari ac repugnare non abnuit. Quo quid ridiculosius esse potest? cum ii, qui aliis dissolvere dubia promittunt, ipsi inter se invicem haud minus discrepantes apparent.

§ 4. *Constantinus Monomachus Imp. rei consulendum decernit.*

δ'. Ταῦτα [2] τοίνυν οὕτω γινόμενα τὸ εὐσεβὲς ἡμῶν κράτος παριδεῖν οὐκ ἠνέσχετο· ἀλλ' ἐπείπερ ἡμῖν ὁ τῶν οὐρανῶν βασιλεύς, ὁ συντρίβων πολέμους [3] ἐν χειρὶ κραταιᾷ καὶ ἐν βραχίονι ὑψηλῷ, ὁ τοῖς ὑπερηφάνοις ἀντιταττόμενος ταπεινοῖς δὲ χάριν διδοὺς [4], τούς ἔξωθέν τε πολέμους, καὶ τὰς ἐμφυλίους στάσεις κατέπαυσε, καὶ ἠρεμεῖ

4. Haec itaque diutius fieri pia nostra Potestas non tulit. Sed quoniam nobis caelestis Rex, *qui forti manu brachioque extento bella conterit*, *qui superbis resistit*, *humilibus autem dat gratiam*, externa non minus bella quam civiles seditiones sedavit, et nunc hostis simul quiescit, et subditi tranquillitate fuuntur, multaque

[1] Codicis pagella prima folii 283, et scapi codicis λζ 37, cuius numerus imo margine notatur. – [2] Hinc paragraphns 6 Gottingensis editionis. – [3] Ἔξοδος ιε'. – [4] Παροιμ. ιη'.

μὲν νῦν τὸ ἀντίπαλον, εἰρηνεύει δὲ τὸ ὑπήκοον, πολλὴ δὲ γαλήνη[1] τὰ[2] Ῥωμαίων κατέχει, καὶ τὸ ἀνθέλκον οὐδέν ἐστι τὰς ἡμετέρας φροντίδας, εὐμενείᾳ τοῦ κρείττονος, εἰς τὴν τῆς πολιτείας ἡμῶν ἐπανόρθωσιν, τὸν σκοπὸν ὅλον τρέπομεν.

Καὶ[3] δὴ τῶν εἰς τὴν τοῦ κοινοῦ λυσιτέλειαν οὐκ ὀλίγα μὲν ἡμῖν ἤδη σὺν θεῷ πεπραγμάτευται, κἂν ἐλλείπῃ δέ τι πρὸς τελειότητα, κἀκεῖνο τεύξεται πάντως τῆς ἁρμοζούσης προνοίας ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι, ἂν ἐπινεύσοι τὸ θεῖον. Πρός γε μὴν τὸ παρὸν ἡ γαληνότης ἡμῶν τὸ περὶ τοὺς νόμους ἁμαρτανόμενον ἐπιστροφῆς ἀξιοῖ, ἀδικώτατον πάντων ἡγησαμένη τοὺς τὸν βίον ἡμῶν τῆς ἀδικίας ἐλευθεροῦντας αὐτοὺς ἐπὶ πλέον ἀδικουμένους[4] ὑπερορᾷν· καὶ τοὺς πᾶσι τοῖς ἄλλοις ἐπιτιθέντας κόσμον καὶ τάξιν, ἐν ἀκοσμίᾳ τοσαύτῃ πλαζομένους περιφρονεῖν, καὶ μηδένα τίθεσθαι λόγον τηλικούτου καλοῦ, τῆς τῶν νόμων λέγω διδασκαλίας, οἳ καὶ τὴν βασιλείαν ἐνδόξως, καὶ τὴν πολιτείαν ἀμέμπτως μετὰ τῶν τοῦ θεοῦ χειρῶν ἄγουσι.

Δεινὸν γὰρ τῷ ὄντι καὶ σχέτλιον ταῖς μὲν ἄλλαις ἐπιστήμαις καὶ τέχναις, ὅσαι τε λογικαί, καὶ τῶν βαναύσων ἐνίαις, καὶ[6] χώρας ἰδίας καὶ καθηγεμόνας ἀποτετάχθαι, προεδρίας τε κεκληρῶσθαι, καὶ σιτήσεις προσαφωρίσθαι. Καὶ τί γὰρ οὐ προσεῖναι καλὸν, εἰς παραμυθίαν τῶν μετιόντων· τὸ δὲ πάντων μὲν μαθημά-

pax Romanorum ipmerium tenet, nihilque est, quod curas nostras alio distrahat; cum beneplacito Numinis ad politiae nostrae instaurationem, cogitationem totam convertimus.

Et comuni quidem utilitati non pauca iam nos, Deo iuvante, contulimus; et si quid forte perfectioni deest, id quoque congruam sine dubio providentiam consequetur, idoneo tempore, si Numen annuerit. In praesenti quidem Serenitas nostra, ea quae circa leges peccantur vult corrigere, iniquissimum iudicans leges, quae vitam nostram ab iniquitate liberant, diu ipsas iniuria adfici sinere, et[5] quae aliis omnibus concinnitatem ordinemque conferunt, eas tanta perturbatione iactatas negligere; nullumque nos studium tam bonae rei impendere, magisterio legum dico, quae et regnum gloriosum et vitam inculpatam, cum Dei manu, praestant.

Profecto enim grave miserumque est aliis quidem scientiis atque artibus, quotquot liberales sunt, et illiberalibus etiam nonnullis, proprias sedes atque magistros datos fuisse, praesides quoque adtributos et adsignata stipendia (quid ni enim boni aliquid concedatur ad eas artes profitentium so-

[1] Male codex scribit γαλήνηι pro γαλήνη. — [2] Codicis pagella altera folii 283. — [3] Hinc paragraphus 7 Gottingensis editionis. — [4] Apographi graeci Maiani fol. 12. — [5] Versionis latinae Mai fol. 11. — [6] Codicis pagella prima folii 284.

των ἀναγκαιότατον, πάντων δὲ σπουδασμάτων βιωφελέστατον, οὗ χωρὶς τ' ἄλλα πάντα περιττὰ καὶ ἀνόνητα. Τί γὰρ ὄφελος τούτων, εὐνομίας ἀποιχομένης; Τοῦτο δὴ καθάπερ ἀλλόφυλον τῆς πολιτείας ἀπεληλάσθαι, καὶ μήτε τόπον ἔχειν οἰκεῖον ἐν αὐτῇ γινωσκόμενον, μήτε τάξιν τινὰ, μὴ βαθμόν, μὴ προνόμιον, ἀλλ' ὅλως ἠμελῆσθαι καὶ ἀπερρίφθαι, καὶ οἱονεί τι φαῦλον τεχνύδριον, ἀσυντελὲς παντελῶς πρὸς τὴν ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀδιατύπωτον· οὕτω καὶ ἀδιάρθρωτον μένειν, ἐλεούμενον μᾶλλον ἢ θαυμαζόμενον, καὶ θρήνου μᾶλλον ἢ ζήλου νομιζόμενον ἄξιον.

latium?), necessariam vero apprime scientiam et prae studiis cunctis vitae utilissimam, immo et sine qua cetera omnia nihil prosunt (Quae est enim istorum utilitas, ubi recta legislatio deest?): hanc inquam scientiam quasi extraneam civitate pelli, et neque locum proprium in publico habere, neque aliquem ordinem, non gradum, non privilegium, sed omnino neglectam proiici, quasi vilem et minimam, humanae vitae prorsus inutilem, informem et dissolutam, miserandam potius quam admirandam, et fletu magis quam appetitu dignam existimari.

§ 5. *Ioannem Xiphilinum Legum Custodem renunciat.*

ε'. Ἀλλὰ[1] ταῦτα μὲν ἄχρι νῦν· τὸ δ' ἐντεῦθεν ὁποῖον, αὐτό φασι δηλώσει[2] τὸ πρᾶγμα. Ἡ γὰρ βασιλεία ἡμῶν χρησιμωτάτην σφόδρα καὶ πρέπουσαν τοῖς χρόνοις αὐτῆς τὴν εὐσεβῆ ταύτην πρᾶξιν λογισαμένη, καὶ ὅσον τῇ κοινῇ καταστάσει περιποιήσει τὸ[3] κέρδος, καὶ πρὸς εὐδοξίαν ὁμοῦ καὶ πρὸς λυσιτέλειαν καλῶς ἐννοήσασα, προθυμότερόν τε κεκίνηται πρὸς τὴν νομικὴν ἐπιμέλειαν· καὶ τὸ ἐλλείπειν ἔτι δοκοῦν τῷ καλῷ τῆς πολιτείας ῥυθμῷ παρ' ἑαυτῆς ἀποχρώντως ἀναπληροῖ[4], ἐξηγητὴν καὶ διδάσκαλον τοῖς νόμοις παρασχομένη ΙΩΑΝΝΗΝ τὸν λογιώτατον ἰλλούστριον, κριτὴν ἐπὶ τοῦ ἱπποδρόμου καὶ ἐξάκτωρα, τὸν ΞΙ-

5. Verum haec hactenus fuerint: postea quid futurum sit, res gesta demonstrabit. Nam regia mea Potestas conveniens apprime temporibus suis hoc negotium reputans, quantumque id reipublicae ordinandae conferat, tum gloriae tum utilitatis causa ad legum curam alacrius commota est: et quod adhuc deesse videbatur bono politiae ordini, nunc abunde suppeditat, dum interpretem magistrumque legibus dat IOHANNEM sapientissimum, iudicem illustrem in Hippodromo et exactorem, cognomento XIPHILINUM, qui haud obscure vel ignobiliter aut ambigue aut obscure[5] multam suam eru-

[1] Hinc paragraphus 8 Gottingensis editionis. – [2] Codex prius δειλώσει, sed emendat δηλώσει. – [3] Codicis pagella altera folii 284. – [4] Sic Codex et editio Gottingensis, sed Mai habet ἀποκληροῖ. – [5] Verba haec duo mutuata sunt a prima versione Mai f. 5.

ΦΙΛΙΝΟΝ[1] ἐπίκλην, ὃς οὐκ ἀφανῶς οὐδ' ἀσήμως οὐδ' ἀμυδρῶς ἐπεδείξατο· τὴν ἑαυτοῦ πολυμάθειαν, ἀλλὰ δημοσίᾳ καὶ φανερῶς ἐν αὐταῖς ταῖς τῶν πραγμάτων πείραις ἐξέλαμψεν· ὁμοίως μὲν[2] ταῖς τῆς λογιότητος, ὁμοίως δὲ καὶ ταῖς τῆς[3] τῶν νόμων εἰδήσεως τέχναις κεκοσμημένος, καὶ μηδὲν προτιμότερον μηδέποτε θέμενος τῶν ἡμετέρων κελεύσεων.

ditionem, sed publice ac manifeste in ipsis negotiorum tractationibus splendide ostendit, litteraturae pariter et iuris civilis scientia ornatus[4], et nihil unquam mandatis nostris anteponere solitus.

Οὗτος[5] τοιγαροῦν ἤδη πρῶτος, ἀγαθῇ καὶ μοίρᾳ καὶ κρίσει, τῆς ἐκκρίτου τῶν νόμων καὶ δεδοκιμασμένης ἄρξει διδασκαλίας, προεδρίᾳ τε τιμηθεὶς ἀξιολόγῳ καὶ ζηλωτῇ, ἀφορμάς τε λαβὼν οὐ τὰς τυχούσας εἰς θεραπείαν ἐκ τῆς ἡμετέρας φιλοτιμίας, καὶ διδασκαλείου[6] τυχὼν οὐ μικροπρεποῦς οὐδὲ φαύλου, τοὐναντίον μὲν οὖν μεγαλοπρεπεστάτου καὶ διασήμου καὶ τοιούτῳ πράγματι πρέποντος.

Hic ergo nunc primus felici sorte et delectu iusto, legum eximio probatoque magisterio praeficitur, et insigni nobilique hoc praesidatu exornatur, et adiumenta muneris non exigua a nostra liberalitate consequitur, scholae impositus non humili aut levidensi, sed contra potius illustri, et tantae rei convenienti.

§ 6. *Ad S. Georgii legum scholis locum proprium et bibliothecam attribuit.*

ϛ'. Εσται[7] γὰρ ἀπὸ τῆς παρούσης, μετὰ τῆς ἐξ οὐρανοῦ βοηθείας καὶ συνεργίας,[8] ἀνειμένον μὲν τοῖς νόμοις εἰς παιδευτήριον τὸ κάλλιστον σχεδὸν καὶ τερπνότατον οἴκημα τοῦ εὐαγοῦς ἡμῶν οἴκου, ὃν ἐπὶ κρείττοσιν ἐλπίσι κατασκευάσαντες, θεῷ τῷ πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν δοτῆρι καθιερώσαμεν· καὶ τὸν ἐν μάρτυσι περιώνυμον, τὸν καὶ κλήσει καὶ πράγματι τροπαιοφόρον ΓΕΩΡΓΙΟΝ,

6. Erit enim abhinc, cum caelesti auxilio ac favore, patens ad legum scholam pulcherrimum ac deliciosissimum aedificium, idest sancta, quam nos Deo, a quo omnia bona accepimus, dedicavimus, Aedes nostra palatina in spem rerum meliorum parata[9]; cui celebrem martyrem et re et agnomine triumphatorem GEORGIUM, tamquam magnum patremfamilias, conditorem at-

[1] Mai Ξιφιλίνον scribit, Codex et editio Gottingensis Ξιφιλῖνον — [2] Maiani graeci textus apographi fol. 12. — [3] Mai omiserat τῆς in suo apographo. — [4] Versionis latinae Mai fol. 12. — [5] Hinc paragraphus 9 editionis Gottingensis. -- [6] Codicis pagella prima folii 285. — [7] Hinc paragraphus 10 editionis Gottingensis. — [8] Sic Codex et editio Gotting., sed Mai συνεργείας scribit. — [9] Verba septem superiora versioni addimus.

οἱονεί τινα μέγαν οἰκοδεσπότην αὐτῇ καὶ οἰκιστήν τε [1] καὶ φύλακα λαμπρῶς ἐπεστήσαμεν· ᾧ καὶ τὸν ἐκεῖσε θεῖον ναὸν, οὐ τῆς μαρτυρικῆς χωρὶς, οἶμαι, συνευδοκίας ἅμα καὶ ἀντιλήψεως, ἐκ καινῆς ἀνηγείραμεν, καὶ εἰς ἱερὸν φροντιστήριον τὸν οἶκον κατεσκευάσαμεν. Εσται τοιγαροῦν, ὅπερ εἴρηται, τόπος μὲν [2] ἀφωρισμένος ἐκεῖ τοῖς ἐρῶσι τῆς τῶν νόμων μαθήσεως, ὃν αὐτοῖς τὸ ἡμέτερον ἐφιλοτιμήσατο κράτος, ἐν ᾧ καὶ τὸν διδασκαλικὸν ἵδρυσε θρόνον· [3] καὶ τὸ ἀπὸ τοῦδε ΔΙΔΑΣΚΑΛΕΙΟΝ μὲν ΝΟΜΩΝ τὸ εὐαγέστατον οἴκημα [4] κληθήσεται τοῦτο, ΝΟΜΟΦΥΛΑΞ δὲ ὁ διδάσκαλος· οὐ μὲν οὖν ἁπλῶς οὐδ' ἀλόγως, ἀλλ' ὅτι νόμους διδάσκων, καὶ φυλάττειν ἔλαχε νόμους. Τοῦτο μὲν οἷς ἐνάξει τοὺς μαθητευομένους αὐτῷ, [5] πρὸς φυλακὴν καὶ συντήρησιν τῆς τῶν νόμων βουλήσεως, σαφηνίζων πάντα καλῶς, καὶ παραδιδοὺς ὡς οἷόν τε τὴν νομομάθειαν ἄπταιστον· τοῦτο δ' ὅτι φυλάξει καὶ τὰς βίβλους τῶν νόμων, ἃς ἐκ τῆς ἐκεῖσε ΒΙΒΛΙΟΘΗΚΗΣ παρὰ τοῦ εὐλαβεστάτου βιβλιοφύλακος εἰς ἐλευθέραν λήψεται χρῆσιν [6], καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτῷ μεταχειριεῖται· δηλαδὴ τὰς χρειωδεστέρας καὶ πρὸς τὴν διδασκαλίαν τῶν νόμων χρησιμωτέρας. Καὶ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο λυσιτελῶς ᾠκονόμησε τὸ εὐσεβὲς ἡμῶν κράτος, ἵν' οἴκοθεν ἔχοι τὰ τῆς τέχνης ὄργανα πάντα

que custodem splendido ritu imposuimus. Cui sacrum quoque, quod ibidem est templum, non sine ipsius martyris, ut puto, beneplacito et acceptione noviter excitavimus, et in sacrum monasterium aedes illas convertimus. Erit igitur, ut diximus, locus illic determinatus legum discendarum cupidis, quem nostra Potestas liberaliter ipsis elargita est. Ibique magistralem etiam cathedram statuit: atque abhinc religiosissimum quidem aedificium appellabitur SCHOLA LEGUM, magister autem NOMOPHYLACIS nomen habebit. Neque id frustra vel temere, sed quia leges docebit, eique legum custodia commendata est: et primo quidem ut discipulos ad custodiendum conservandumque legum sensum deducat, recte omnia declarans, sinceramque pro viribus iuris prudentiam docens; deinde ut legum libros custodiat, quos ex ea, quae illic est BIBLIOTHECA, a religiosissimo illius conservatore ad liberum usum accipiet, proque suo arbitrio adhibebit [7], meliores scilicet et legum magisterio utiliores. Namque et hoc curavit pia nostra Potestas, ut is domi habeat artis suae instrumenta omnia, qui a Principe ad hanc perpetuo exercendam [8] electus fuerit; neque haec ab aliis mutua accipiat,

[1] Secundis curis additum est τε in rasura litterae praecedentis ν, quae renovatur. – [2] μεν additum est in codice secundis curis. – [3] Codex scripsit ἵδρυσε θρόνον, postea transponenda θρόνον ἵδρυσε superpositis numericis notis; α verbo θρόνον, et β verbo ἵδρυσε. – [4] Codicis pagella altera folii 285. – [5] Mai omittit αὐτῷ sed codex et editio Gottingensis habent. – [6] Maiani apographi graeci textus fol. 14. – [7] Versionis latinae Maianae fol. 13. – [8] Quatuor verba superiora versioni addimus.

ὁ εἰς ταύτην ἀεὶ παρὰ τῆς βασιλείας προχειριζόμενος, καὶ μὴ παρ' ἑτέρων ταῦτα δανείζοιτο· μηδὲ πράγματα ἔχοι ἄλλοθεν ἄλλο προσαιτεῖν καὶ συλλέγειν ἐφ' ἑκάστης ἀναγκαζόμενος, ἂν αὐτὸς τυχὸν τούτων ἀποροίη διὰ πενίαν.

neque aliunde cogatur hoc et illud quotidie [1] petere et corrogare, quo ob suam paupertatem indigeat.

§ 7. *Honores, iura et stipendia Nomophylacis recenset.*

ζ'. Τοῦτον [2] τοίνυν ἕξει τὸν τρόπον, καὶ οὕτω καλούμενος ὁ ΝΟΜΟΦΥΛΑΞ διαμενεῖ· [3] τοιούτοις δὲ χρήσεται δικαίοις καὶ προνομίοις. Ἐναριθμήσεται μὲν τοῖς μεγαλοδόξοις συγκλητικοῖς· ἕξει δὲ καὶ καθέδραν εὐθὺς μετὰ τὸν ἐπὶ τῶν κρίσεων· ᾧ καὶ πρὸς τὸ ἡμέτερον κράτος συνεισελεύσεται καθ' ἃς κἀκεῖνος ἡμέρας, καὶ τῆς ἡμετέρας ὁμιλίας καὶ ὄψεως ὡσαύτως ἀξιωθήσεται· ὡς κἀντεῦθεν ᾖ προθυμότερος τῷ τῆς τιμῆς ὑπερέχοντι [4] διαφερόντως ἐναβρυνόμενος. Καὶ ῥόγαν ἀνὰ πᾶν ἔτος λήψεται ἐξ ἡμετέρων χειρῶν, λίτρας τέσσαρας, καὶ βλαττίον [5] καὶ βαΐον· σιτηρεσίων δὲ χάριν ἕξει τάδε καὶ τάδε·

7. Talis ergo erit et sic perpetuo manebit dictus NOMOPHYLAX; hisque praeterea utetur iuribus et privilegiis. Nempe amplissimis senatoribus adnumerabitur: sedem proximam supremo iudici habebit: et ad audientiam Maiestatis nostrae aeque ac ille statutis diebus ingredietur, nostroque eum alloquio et conspectu pariter dignabimur; ut hinc etiam fiat alacrior, dum adeo spectabili honore extollitur. Donativum insuper quotannis de manu nostra accipiet libras quatuor et pretiosum pannum ac palmam; alimentorum vero gratia hoc et illud.

Τοιοῦτον [6] μὲν ἤδη τὸν περίδοξον ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΑ, ὥσπερ ἀνδριάντα καινὸν ἀπετελέσαμέν τε καὶ ἀπεξέσαμεν [7], οἰκτιρμοῖς ἀνεκφράστοις τῆς κυβερνώσης [8] πάντα προνοίας· ἥτις τὸ θεσπέσιον τοῦτο καὶ μεγαλοπρεπὲς ἔργον ἤνεγκεν ἡμῖν εἰς ἐπίνοιαν καὶ πρᾶγμα τοσοῦτον ταῖς ἡμέραις ἐφύλαξε τοῦ κράτους ἡμῶν.

Hunc igitur splendidum NOMOPHYLACEM, ceu novam statuam formavimus atque definximus, clementia ineffabili regentis omnia Providentiae, quae nobis tam munificum opus inspiravit, remque tantam agendam imperii nostri temporibus reservavit.

[1] Verbum a prima versione Maiana mutuatum. – [2] Hinc paragraphus 11 editionis Gottingensis. – [3] Codicis pagella prima folii 286. – [4] Sic codex et editio Gottingensis, sed Mai habet ὑπάρχοντι. – [5] Mai notat *Codinus cap. XX*. – [6] Hinc paragraphus 12 editionis Gottingensis. – [7] Sic codex et editio Gottingensis, sed Mai ἀπεξεύσαμεν. – [8] Sic Codex et editio Gottingensis, sed Mai κυβερνήσεως.

§ 8. *De tempore et modo docendi, deque donis Nomophylaci oblatis.*

η΄. Τηλικούτου [1] τοίνυν βαθμοῦ καθ' ἡμετέραν μὲν ἐκλογὴν, θειοτέραν δὲ νεῦσιν ἀξιωθεὶς ἐπιβῆναι, μεγαλοφυέστατε **ΝΟΜΟΦΥΛΑΞ**, μηδαμῶς ἀγνώμων ὀφθῆναι περὶ τὴν τοσαύτην χάριν ἀνάσχῃ, μὴ [2] δὲ τὰς ἡμετέρας ἐλπίδας ἐπὶ σοὶ ψευσθῆναι παρασκευάσῃς· [3] ἀλλὰ πᾶσαν ἤδη σπουδὴν, πᾶσαν προθυμίαν εἰσένεγκαι περὶ τὸ σαφῶς, ὅτι μάλιστα, καὶ σὺν ἀκριβείᾳ πολλῇ τὴν τῶν νόμων διάνοιαν ἀναπτύσσειν τοῖς νέοις. Τοῦτο μόνον ἔργον ποιούμενος διηνεκὲς καὶ ἀΐδιον, καὶ περὶ τοῦτο τὴν ὅλην ἀπαναλίσκων ζωὴν, νύκτωρ μὲν μελετῶν τὰ πρὸς τὴν ἑρμηνείαν συντείνοντα, ἑρμηνεύων δὲ μεθ' ἡμέραν, καὶ καθ' ἑκάστην ἀόκνως τοῖς φοιτηταῖς ὁμιλῶν· ἐκείνων δηλονότι [5] καὶ μόνων τῶν ἡμερῶν ὑμῖν ὑπεξῃρημένων, καθ' ἃς ἐστιν ἔθος [6] καὶ τοῖς γραμματικοῖς σχολὴν ἄγειν.

8. Tantum igitur conscendere gradum electione nostra et Dei nutu dignus cum fueris, o generosissime NOMOPHYLAX, cavebis profecto ne magno huic beneficio ingratus videaris, vel spem nostram frustreris; sed omne studium omnemque strenuitatem expromes, ut legum sensum perspicue omnino et perquam accurate adolescentibus enuclees; in hoc totam vitam insumens, hoc dumtaxat continue et semper agens, et [4] diu noctuque meditans quae ad explanationem attinent, et per diem et quotidie interpretans, impigreque discipulis tui copiam faciens, exceptis iis tantummodo diebus, quibus etiam litteraria gymnasia feriari [7] solent.

Οὐ φυλοκρινήσεις [8] δὲ τοὺς συντρέχοντας ἐπὶ τὴν τῶν νόμων ἀκρόασιν, οὐδὲ πλουτίνδην αὐτοῖς, ἀλλ' ἀριστίνδην, ὡς δεῖ, τὴν τῆς καθέδρας τάξιν ἀποκληρώσεις· καὶ ἀνεπιφθόνως μὲν πάντας εἰς τὴν διατριβὴν παραδέξῃ. Αναργύρως δὲ πᾶσι καὶ ἀμισθὶ διαλέξῃ· καὶ καθαρὰν μὲν τὴν χεῖρα, καθαρὰν δὲ χρήσεις τὴν γλῶσσαν

Neque partiali affectu discernes eos, qui ad legum scholam concurrunt, nec pro divitiis, sed pro merito, uti par est, cathedrae ordinem attribues; et absque invidia cunctos ad scholasticum exercitium admittes. Gratis autem absque ulla mercede docebis, et puram manum puramque linguam ac men-

[1] Hinc paragraphus 13 editionis Gottingensis. – [2] Codicis pagella altera folii 286. – [3] Cod. παρασκευάσης absque iota in extrema syllaba. – [4] Verba septem superiora versioni addimus. Paulo post ante *noctuque* Mai addiderat *et diu*. Inferius autem ante *quotidie* addendum fuit *per diem et*. Ex inspecta prima versione nil horum sumimus. – [5] Sic cod. et Mai; sed δῆλον ὅτι ed. Gotting. – [6] Maiani apographi graeci textus fol. 15. – [7] Versionis latinae Maianae fol. 14. – [8] Sic Codex et editio Gottingensis, sed melius Mai φιλοκρινήσεις

καὶ τὴν γνώμην τοῖς νόμοις. Οἱ καὶ τοὺς τὰς ἄλλας ἀρχὰς διὰ λημμάτων καταρρυπαίνοντας [1], οἵαις αὐστηρίαις [2] μετέρχονται, οἶδας πάντως πρὸ πάντων, ὁ τῶν νόμων ἐξηγητής. Πλὴν εἰ [3] μή που τις τούτων ἐξ εὐδαίμονος ὁρμώμενος [4] οἴκου, εὐγενῶς τὸν διδάσκαλον φιλοφρονήσασθαι βούλοιτο· τότε γὰρ οὐχ ὅπως ἀπαγορεύομεν τὴν λῆψιν τοῦ διδομένου, ἀλλὰ δὴ καὶ προσεπαινοῦμεν, συνωδὰ [5] καὶ αὐτοὶ τοῖς εὐσεβέσι νόμοις φρονοῦντες· καὶ μισανθρωπίαν μὲν κρίνοντες τὴν καθόλου [6] τοῦ παντὸς ἀποχήν· ἀπανθρωπίαν δὲ πάλιν τὴν ἁπλῶς τῶν πάντων παραδοχήν. Προνοήσῃ [7] δὲ μάλιστα καὶ τῆς τῶν ἀκροατῶν εὐκοσμίας, καὶ σχῆμα τῇ σχολῇ περιθήσεις [8] φροντιστηρίου σεμνοῦ· ἐπιδήπερ δεῖ τὸν παιδεύσεως ἀληθινῆς ὀρεγόμενον, πρὸ τοῦ λόγου τὸν τρόπον καὶ τὸ ἦθος ἔχειν πεπαιδευμένον.

tem legibus impendes. Quae quidem alios quoque magistratus, qui se donis accipiendis inquinant, quam austeris poenis persequantur, tu omnino prae cunctis nosti, qui es legum interpres. Nisi forte aliquis ex opulenta domu ortus, nobiliter magistrum amoris ergo munerari volet. Tunc enim donativum non solum haud interdicimus, sed etiam collaudamus, piis nos pariter legibus consentientes, et inhumanam existimantes omnium prorsus datorum abstinentiam: sicut vicissim inhumanam quorumlibet indiscriminatim donorum acceptionem. Maxime vero auditorum modestiae curam geres; nam oportet vere institutionis cupidum, magis vitae ratione esse institutum, quam litteris.

§ 9. *Perpetuum Nomophylacis munus, quando amitti possit ostendit.*

θ'. Ἂν [9] οὕτω ταῦτα ποιῇς [10], καὶ τοιοῦτον σαυτὸν ἐπὶ τῶν ἔργων ἡμῖν ἀποδεικνύειν σπουδάζῃς, αὐτός τε πρὸ πάντων, καὶ μετὰ σὲ καθεξῆς οἱ τὸν τοιοῦτον βαθμὸν εἰς τὸ μέλλον διαδεξόμενοι, τά τε ἄλλα χρηστὰ παρὰ τῆς βασιλείας ἡμῶν καὶ κατὰ σκοπὸν ὑμῖν ἀπαντήσει, καὶ τὸν μεγαλοπρεπῆ τοῦτον θρόνον, ὃν

9. Si haec egeris, talemque te operibus tuis demonstrare nobis sategeris, tibi ipsi primo, et post te aliis eundem gradum [11] adepturis, cum alia bona ab imperio nostro pro votis vestris accedent, tum hanc magnificam cathedram, postquam semel acceperitis, per omnem vitam retinebitis, quin vobis eripi possit

[1] Sic Codex et editio Gottingensis, sed Mai καταῤῥυπαίναντας. — [2] Codicis pagella prima folii 287. — [3] Hinc paragraphus 14 editionis Gottingensis. — [4] Sic Codex et editio Gottingensis, sed apud Mai ὁρμώμενος desideratur. — [5] Sic Codex habet et editio Gottingensis, Mai συνῳδὰ scribit. Et hinc paragraphus 15 editionis Gottingensis. — [6] Sic Codex et Mai, sed editio Gottingensis καθ᾽ ὅλου. — [7] In Codice extrema ηι sunt super rasuram ab eadem manu. — [8] Sic Codex et editio Gottingensis, sed Mai περιθέσεις. — [9] Hinc paragraphus 16 editionis Gottingensis — [10] Codex ποιῆς absque iota subscripto, sic ei inferius σπουδάζης. — [11] Verbum ex versionis primo exemplari mutuatum.

ἐφάπαξ [1] πιστεύεσθε, διὰ βίου καθέξετε [2], ἀναφαίρετόν τε καὶ ἀδιάδοχον· εἰ που τις αὐτὸς ἑαυτὸν τῆς τηλικαύτης ἀνάξιον ἀπελέγξοι τιμῆς· εἴτε ῥαθυμίαν [3] νοσῶν, εἴτε ἀμαθίαν, ἢ καὶ ἄλλως δύστροπος ὤν, καὶ τῷ καλῷ χορῷ τούτῳ τῶν μαθητευομένων οὐκ εὔχρηστος· ὃ πάσῃ φυλακῇ φυλαττόμενος ὁ τὸν θρόνον τοῦτον ἀποσκοπῶν, καὶ τὸν ὑπὲρ κεφαλῆς τρέμων κίνδυνον, ἂν φωραθῇ [4] κακὸς ὤν, ἢ παραβαίνειν ὅλως τολμῶν τῶν παρ' ἡμῶν τι διωρισμένων, μὴ ἄλλως τὸ πρᾶγμα κατὰ νοῦν λαμβανέτω, μηδ' ἐπιχειρείτω παντάπασι τηλικούτου κύβου περιτροπῇ, εἰ μὴ τὰ κράτιστα πάντων ἑαυτῷ συγγινώσκει· καὶ νόμων μὲν ἐμπειρίαν μετ' ἐπιστήμης ἔχει πολλήν, ἑκατέραν δὲ γλῶσσαν σὺν ἀκριβείᾳ [6] πάσῃ προΐεται, τὴν ἑλληνικὴν λέγω ταύτην καὶ τὴν ὅση ῥωμαϊκή· καταθαρρεῖ δὲ κόπων ταλαιπωρίας, καὶ ἀγρυπνιῶν κακουχίας· οἷς ἀνάγκη δουλεύειν τὸν τῆς τηλικαύτης τιμῆς καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος ἄξιον. Καὶ μηδέ τις δριμεῖα καὶ δεινὴ κακοήθεια τοῖς ἐκείνου σπλάγχνοις ὑποικουρεῖ [7], ἢ πᾶσι τρόποις ἐκεῖθεν ὁ [8] τοιοῦτος ἀπελαθήσεται, κἂν φθάσοι κατά τινα συναρπαγὴν προβληθείς, ἀντικαθισταμένου τῷ θρόνῳ τοῦ ἀξιολογωτέρου καὶ κρείττονος.

aut succedi; nisi forte aliquis indignum se tali honore praebuerit, sive pigritiae morbo laborans, sive inscitia, sive aliter morosus, aut egregio huic discipulorum coetui minime commodus. Quae omni cautela cavens is, qui cathedram hanc eminus observat, et impendens capiti suo periculum metuens, si forte improbus comperiatur, aut quodlibet a nobis praescriptum transgrediens; ne is inquam aliter sibi hoc negotium imaginetur, neque tam versabili aleae semet obiiciat, nisi optima quaeque se habere conscius sit, nisi [5] legum experimentum multa cum scientia teneat, et utramque linguam perquam accurate calleat, Graecam scilicet nostram et Romanam. Fidenter demum laborum molestiae occurrit et vigiliarum incommoditati. Etenim his subesse eum necesse est, qui tali honore ac professione sit dignus. Neque vehemens aliqua et dira pravitas viscera eius latenter invadat; alioquin statione qui est huiusmodi expelletur, etiamsi aliqua subreptione electus fuerit; alius dignior et melior in cathedram substituetur.

[1] Sic Codex et Mai sed editio Gottingensis ἐφ' ἅπαξ. – [2] Codicis pagella altera folii 287. – [3] Sic Cod. sed editio cum Mai scribit ῥᾳθυμίαν. – [4] Sic Cod. sed Mai hic post emendationem scripsit ἃ φωραθῇ. Editio Gott. ἂν φωραθῇ. -- [5] Autographi Maianae versionis fol. 15. – [6] Graeci textus apographi Maiani folium 17. – [7] Sic Codex et Mai, sed editio Gott. ἐπικουρῇ. – [8] Codicis pagella prima folii 288.

§ 10. *E schola legum eligendos vult novos Nomophylaces.*

ι'. Ἀλλὰ[1] ταῦτα μὲν οἷον διαμαρτυρία τις πρὸς τοὺς ὕστερον· οὐ μὴν ἀλλ' οὐχ ἥκιστα καὶ τὸ κράτος ἡμῶν, αὐτό τε παντοίως ἐπιμελήσεται τῆς τοῦ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΟΣ προχειρίσεως, ἂν[2] καὶ πάλιν τούτου δεήσοι· καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς βασιλεῦσιν ἐπισκήπτει τὰ παραπλήσια· μηδὲ γὰρ ἴδοι τι τοιοῦτον τολμώμενον ἐνταῦθα ὁ ἥλιος, οἷα κἂν τοῖς ἄλλοις ἐνίοτε συμβαίνει μαθήμασιν· ὧν ἵνα μηδὲν εἴπω πλέον, οὐκ ἐπαινῶ τὰ πολλά.

Τῶν[3] παρ' ἐκείνοις τοίνυν πλημμελουμένων δι' ἀπροσεξίαν ἢ καὶ σκαιότητα, οὐδὲν παντελῶς ἐπὶ τοῦ θέματος τούτου, κατ' οὐδένα χρόνον ἢ τρόπον ἀνεχόμεθα γίνεσθαι· ἀλλ' ἐκεῖνον εἰς ταύτην τὴν προεδρίαν καλοῦμεν, ἐκεῖνον εἰς τὸ ὕψος τοῦ ζηλωτοῦ τούτου θρόνου παραδεχόμεθα, τὸν αὐτόθι μὲν τὰ τῶν νόμων ἱκανῶς ἐξασκήσαντα· αὐτόθι, δὲ πεῖραν ἑαυτοῦ δεδωκότα, καὶ τῶν ἑαυτοῦ πλείστῳ μέτρῳ διενεγκόντα συμφοιτητῶν[4], μεγέθει[5] τε φύσεως καὶ σπουδῆς εὐτονίᾳ, ἔτι δὲ καὶ γλώσσης εὐροίᾳ καὶ πολυμαθείας περιουσίᾳ, καὶ τὸ μέγιστον πάντων, τρόπων χρηστότητι. Συνελόντα δ' εἰπεῖν, οἷος οὗτος ὁ πρῶτος παρ' ἡμῶν προβληθείς, ἐπί τε τοῖς ἄλλοις τὸ ἀνεπίληπτον ἔχων, καὶ τῆς τῶν λοιπῶν μαθημάτων οὐχ ἧττον, ἢ τῆς τῶν νόμων εἰδήσεως, ἐμπειρότατος ὤν. Βουλόμεθα

10. Attamen haec, ceu contestatio quaedam, contra posteriores dicta sint. Etenim haud secius Potestas nostra NOMOPHYLACI eligendo, si opus fuerit, diligentiam adhibebit, et successores nostri imperatores par cura manet. Neque enim ullum huiusmodi ausum sol hac in re videbit, quale interdum in disciplinis aliis contingit, quas ne quid amplius dicam, valde non laudo.

Nam quae in illis vel negligentia vel malitia peccantur, ea in praesenti proposito fieri ullo tempore aut modo patiemur; sed illum ad tantum praesidatum promovebimus, illum inquam ad apicem huius expetibilis cathedrae attollemus, qui illic (in schola) in legibus abunde se exercuerit, ibidemque sui experimentum dederit, et proprios condiscipulos longo intervallo superaverit, nec non magnitudine ingenii et sedulitatis vigore, linguae item facundia et eruditionis copia, quodque plurimi est morum bonitate excellat[6]; ut compendio dicam, talis sit, qualis hic primus a nobis electus, qui praeter alias dotes, irreprehensibilis est, et ceterarum scientiarum[7] haud minus quam iurisprudentiae callentissimus. Volumus enim sacras nostras leges tamquam

[1] Hinc paragraphus 17 editionis Gottingensis. – [2] Sic Codex, sed Mai et ed. Gott. ἄν. Sic inferius κἄν. - [3] Hinc paragraphus 18 editionis Gottingensis. – [4] Mai hic habet συμφυτῶν. – [5] Codicis pagella altera folii 288. – [6] Verba octo addita e versionis primo exemplari f. 7. – [6] Verbum ab eodem exemplari.

γὰρ τοὺς ἱεροὺς ἡμῶν νόμους οἱονεί τισι λαμπροῖς δορυφόροις χρῆσθαι τοῖς λόγοις. καὶ πανταχοῦ παρ' ἐκείνων ὡς βασιλεῖς τῶν ὅλων πραγμάτων ὑπερασπίζεσθαί τε καὶ προπομπεύεσθαι εἰς τιμὴν [1] ὁμοῦ καὶ ἀσφάλειαν πρὸς τοὺς ἐπηρεάζειν αὐτοῖς ἐκ τῆς θρασυτάτης οὐκ ὀκνοῦντας σοφιστικῆς· οὐ γὰρ δὴ ῥητορικὴν φαίην ἂν τὴν τὸ πιθανὸν ἀπιθάνως, ἢ καὶ πιθανῶς [2] τὸ ἀπίθανον κατασκευάζουσαν τέχνην.

splendido satellitio uti litteratura, et ubique ceu rerum omnium reginas, ab hac defendi ac stipari honoris simul et tutelae causa, contra illos, qui sophistica fraude negotium his nituntur facessere. Nam ne rhetoricam quidem eam ego dixerim, quae credibilium ut incredibilia, et vicissim incredibilium ut credibilia videantur, artem creat.

§ 11. *De tabellionibus et patronis a schola legum rite instituendis.*

ια'. Οἷον [4] δὲ μικροῦ καὶ διέφυγεν ἡμᾶς παρελθόν. Ἐπεὶ γὰρ ἅπαξ ἐμνήσθημεν συμβολαιογράφων [5] καὶ συνηγόρων, ἀναγκαῖον ᾠήθημεν καὶ τὸ κατ' ἐκείνους εὖ θέσθαι· ὡς πανταχόθεν ἡμῖν ἄρτιον εἴη καὶ κατὰ μηδὲν ἐλλιπές, τὸ περὶ τοὺς νόμους τοῦτο κοινωφελέστατον σπούδασμα.

Θεσπίζομεν [6] οὖν τὰ τοῖς παλαιοῖς διηγορευμένα νόμοις περὶ ἐκείνων, ἅπερ ἤδη σχεδὸν ἀντὶ μὴ γεγραμμένων νομίζεσθαι ἡ ἀχρησία πεποίηκε, τὴν ἰδίαν καὶ πάλιν ἔχειν ἰσχύν· καὶ μὴ μόνον αὐτοὺς πάντα τρόπον ἐκπονεῖν καὶ μανθάνειν ἐπιμελῶς τὰ τῶν νόμων παρὰ τῷ λογιωτάτῳ ΝΟΜΟΦΥΛΑΚΙ, ἀλλὰ μηδ'

11. Sed parum abfuit, quin aliquid oblivione praeterirem: quia enim tabelliones et patronos retro commemoravimus, necessarium [3] arbitramur de his quoque recte constituere, ut quaqueversus nobis perfecta fiat, nulloque laborans defectu nostra haec circa leges cunctis utilissima lucubratio.

Decernimus itaque, ut quae de hoc hominum genere a priscis praescripta fuerunt, quaeque neglectus eorumdem usus tamquam nulla iam fecit, ea inquam proprium robur recuperent; ita ut huiusmodi homines, non solum ipsimet legibus discendis sedulo allaborent apud sapientissimum NOMOPHYLA-

[1] In prima syllaba verbum τίμην habet rasuram. – [2] Mai omisit verba τὸ ἀπιθανὸν ἀπιθανῶς ἢ καὶ πιθανῶς in textu, et in versione. Verba *credibilium ut incredibilia, et vicissim* addimus, et statim post verbum *incredibilium* a Maio appositum alia verba *ut credibilia videantur*. Animadverte et in priori versione sua Mai haec non habuisse verba, contentus omnia latine referre sic: *Nam neque rhetoricam illam dicam quae incredibilium artem machinatur*. Hinc et ex aliis locis apparet versionem suam confecisse non e codice sed ex autographo suo graeco, in quo verba quaedam omisit. — [3] Versionis Maianae fol. 16. – [4] Hinc paragraphus 19 editionis Gottingensis -- [5] Graeci textus apographi Maiani fol. 17. – [6] Codicis pagella prima folii 289, et hinc paragraphus 20 editionis Gottingensis.

ἐντάττεσθαι πρότερον τοῖς τοιούτοις συστήμασι, πρὶν ἂν οὗτος αὐτὸς ὁ διδάσκαλος αὐτοῖς ἐπιμαρτυρήσοι, καὶ τὴν ἐκείνων ὑπόληψιν ἐπί τε τῇ τῶν νόμων μαθήσει καὶ τῇ λοιπῇ δεξιότητι, γλώττης ἅμα φωνῇ καὶ χειρὸς γραφῇ βεβαιώσοι.

Τὸν[1] δὲ παρὰ τοῦτον τὸν τύπον ἑαυτὸν εἰς τοὺς συνηγόρους ἢ τοὺς καλουμένους ταβουλλαρίους[2] παρενείρειν τολμῶντα, μηδὲν καθάπαξ κεριδαίνειν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ προπετείας· ἀλλ' αὖθις ἐκεῖθεν ἐξωθεῖσθαι μετὰ σφοδρότητος· ὡς ἂν ἐκ τοῦ παθεῖν ἐπιγνῷ, μηκέτι τὴν εἰς δεῦρο κρατήσασαν ἐπ' αὐτοῖς ἀδιαφορίαν, ἀλλὰ τὴν ἀρχαιοτάτην ἐκείνην ἀκρίβειαν τῶν νόμων ἐμπολιτευομένην ἄρτι τοῖς πράγμασι· μὴ δὲ δώρημα τύχης ἢ περιδρομῆς ἅρπαγμα, ἀλλ' ἔπαθλον σπουδῆς[3] καὶ φιλοπονίας τὰ τοιαῦτα νῦν μόνοις τοῖς ἀξίοις προκείμενα.

CEM; sed ne in collegia quidem huius generis admittantur, prius quam item hic magister testimonium iis praebuerit, et de eorumdem tam legum scientia, quam reliqua dexteritate iudicium suum voce et scripto protulerit.

Si quis vero praeter hanc formam in patronorum se numerum aut eorum qui tabularii vocantur, inserere ausus fuerit, nihil eum prorsus volumus audacia sua lucrari, sed vi statim inde excludi; ut ex propria calamitate cognoscat, haud iam deinceps consuetam indifferentiam valere, sed antiquissimum illum legum rigorem nunc in rebus agendis versari: neque fortunae donum, aut ambitus rapinam, sed studii ac laboris praemium solis dignis haec munera esse proposita.

§ 12. *Iuvenes ad legales disciplinas addiscendas vehementer hortatur.*

ιβ'. Οὕτω τοίνυν ἡμῖν[4] διανυσθὲν τὸ κατόρθωμα τῇ τοῦ κρείττονος χάριτι, διαμείνοι μέχρι παντὸς τὴν πολιτείαν σεμνῦνον, καὶ μηδεὶς αὐτὸ χρόνος, μὴ φθόνος τῶν καλῶν[5] ἀποσβέσοι, ἀλλὰ διὰ τέλους ἐκλάμποι, σπουδαζόμενον ἀεὶ καὶ τιμώμενον ὑπὸ τῶν ἑξῆς γενεῶν, καὶ δικαιοσύνην ἀΐδιον ἐπιβραβεῦον τῷ βίῳ.

Ταῦτα[6] καὶ πρὸς δόξαν θεοῦ, καὶ πρὸς

12. Nunc id a nobis cum Numinis gratia peractum opus, utinam ad reipublicae decus perennet, nulloque tempore vel bonae rei invidia extinguatur! Sed absque fine splendescat gratum semper et in honore habitum a futuris generationibus, et sempiternam institiam in humana vita stabiliens.

Haec ad Dei gloriam, immortalem-

[1] Hinc paragraphus 21 editionis Gottingensis. – [2] Sic codex habet λλ seu duplici lambda. – [3] Codicis pagella altera folii 289. – [4] Mai pro οὕτω τοίνυν habet tantum Νῦν. Hinc editionis Gottingensis paragraphus 22. – [5] Codex, Mai, Bollig recte καλῶν scripserunt, sed editor Gottingensis voluit emendare κακῶν, quod minime congruum et sensui videtur; *invidia* enim in *bonum* haud quidem in *malum* fertur. – [6] Hinc editionis Gottingensis paragraphus 23.

μνήμην ἀθάνατον τῆς ἡμῶν γαληνότητος πέπρακταί τε καὶ γέγραπται, μέγα μέρος ἐσόμενα τῷ κόσμῳ τῆς εὐταξίας καὶ πολύ τι καλλίω καὶ συμφωνοτέραν ἀπεργασόμενα τὴν ἁρμονίαν τοῦ πολιτεύματος.

Ταῦτα καὶ ὑμεῖς παρ' ἡμῶν οἰκονομηθέντα δεξάμενοι, ἐπὶ τιμῇ τε καὶ δόξῃ τῆς ὑμῶν ἡλικίας, ὦ φιλομαθέστατοι νέοι, χάριτας μεγίστας ἀπόδοτε τῇ ἀνωτάτῳ θεότητι, ἣ τοσαύτην ὑμῶν τε καὶ τῶν μεθ' ὑμᾶς ἐσομένων ἔθετο πρόνοιαν. Ἅπερ γὰρ ἐχαρίσθη τῶν πρὸ ὑμῶν οὐδενί, ταῦτα νῦν φιλαγάθως ὑπὸ τῆς θείας χρηστότητος ὑμῖν ἐφιλοτιμήθη, ἵν' ἔχοιτε κτᾶσθαι ῥαδίαν οὕτω καὶ ἄπονον τὴν πολυάσχολον[2] καὶ δυσέφικτον τῶν νόμων παραδοχήν[3]· καὶ κατειργασμένην[4] ὥσπερ τροφὴν τὴν διδαχὴν ὑποδέχοισθε. Οὐκέτι γὰρ ὑμεῖς, ὡς οἱ πρότερον αἰνίγμασι καὶ γρίφοις ἐντεύξεσθε, γυμνοῖς ἐξηγήσεως, τοῖς νομικοῖς λέγω ῥήμασιν, οὐδ' ὥσπερ χρησμῶν τινων λοξῶν ἐπακούσεσθε, ἄλλου χρηστηρίου δεομένων εἰς τὴν σαφήνειαν· οὐδὲ τῆς αὐτῶν διανοίας ἀμφιβόλως καταμαντεύεσθε· αὐτοὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἑαυτοῖς ἀπιστοῦντες, περὶ ὧν ἂν καὶ δόξοιτε καταλαβεῖν ἐν ἐκείνοις· ἀλλ' εὐκρινεστάτῃ μὲν ἑρμηνείᾳ, πεπαρρησιασμένῃ δὲ γλώττῃ, καὶ πανταχόθεν ἐχούσῃ τὸ ἀκριβές τε καὶ βέβαιον, τοὺς σωτηριώδεις τῶν νόμων ἐπιγνώσεσθε λογισμούς· καὶ πρὸς τοῖς τῶν ἀψύχων γράμμασι βίβλων, ἔτι καὶ ζώσης ἀκούσεσθε

que Serenitatis nostrae memoriam acta sunt et scripta, quae magnam orbi tranquillitatem creabunt, multoque pulchriorem magisque concordem facient reipublicae harmoniam.

Haec vos etiam a nobis consulta excipientes ad honorem decusque aetatis nostrae, o studiosissimi adolescentes, gratias plurimas supremae Deitati agite, quae talem vobis posterisque vestris mansuram providentiam constituit. Nam quae nemini ante vos donata fuerunt, ea vobis divina bonitas largita est; ut sic expedite[1] nec laboriose hanc multae occupationis ac difficultatis plenam legum scientiam condiscatis, et tamquam paratam vobis escam sumatis. Non enim iam vos, ut maiores vestri, aenigmata et griphos interpretatione vacuos legetis, legalia inquam vocabula, nec veluti quaedam obliqua oracula, quae alio rursus oraculo declarari requirunt[5] audietis, neque horum sensum ambiguum divinando adsequemini, vobismet prius quam aliis diffidentes quid potissimum in legibus intelligere existimetis; sed lucidissima interpretatione, ac tutissimis verbis, et quaqueversus accuratum firmumque sensum habentibus, salutares legum sensus cognoscetis, et praeter inanimatorum librorum litteras vivam quoque legum voces audietis, quam nostra Serenitas

[1] Versionis Maianae fol. 17. — [2] Codicis pagella prima folii 290. — [3] Graeci apographi Maiani fol. 18. — [4] Codex prius vid. κατηρ.. postea κατειρ.. ab eadem manu habet. — [5] Verba sex superiora huic versioni apposita veniunt ex alio exemplari versionis Maianae in codice citato fol. 7.

τῶν νόμων φωνῆς, ἣν ἡ γαληνότης ἡμῶν ἐξάκουστον τοῖς πᾶσιν ἠχοῦσαν, ἐν μέσω[1] προέθηκε, τὰς παραθύρους μὲν ἀποκλείσασα, μίαν δὲ πλατεῖαν ἀνοίξασα καὶ βασιλικὴν ὑμῖν πύλην, δι' ἧς ἀνεμποδίστως, ὡς βούλεσθε, εἰσελεύσεσθέ τε καὶ ἐξελεύσεσθε.

sensibilem cunctis et resonantem in medio vestrum constituit; fenestrisque occlusis unicam patefecit regiamque ianuam, per quamabsque obstaculo, prout volueritis, ingrediemini pariter et egrediemini.

§ 13. ***Iuvenibus in novum Athenaeum amorem et studium commendat.***

ιγ'. Καὶ νομὴν ἐν[2] νόμοις εὑρήσετε τὴν ὑμῖν ζητουμένην, παρὰ τῇ πανσέπτῳ ταύτῃ καὶ θείᾳ τοῦ τροπαιοφόρου μονῇ· ᾗ τινι καὶ χάριτας εἴσεσθε δικαίως πολλάς· καὶ ὡς μητρὶ καὶ τροφῷ τῆς ὑμετέρας παιδεύσεως ἀποδώσετε πρέπουσαν αἰδῶ καὶ τιμήν.

13. Atque hoc legum pabulum a vobis expetitum invenientis apud religiosissimum istud ac venerabile Triumphatoris (S. GEORGII) coenobium; cui etiam prolixam merito habebitis gratiam, et tamquam matri ac nutrici eruditionis vestrae convenientem honorem ac reverentiam praebebitis.

Καὶ τοὺς ἀγαθοὺς καὶ εὐγνώμονας μιμήσεσθε γεωργούς· οἳ τὴν τρέφουσαν γῆν φιλοκαλίας δι' ὅλου παντοδαπῆς ἀξιοῦσι· καὶ οὐχ' ἅπαξ δρεψάμενοι τοὺς ταύτης καρποὺς, ἀκανθοφορεῖν μετὰ[3] ταῦτα καὶ ὑλομανεῖν καταλείπουσιν· ἀλλ' ὅπως εὔχρηστος ἔσται διηνεκῶς, καὶ τοὺς ἴσους καρποὺς ἀποδιδοῦσα διαμενεῖ, αὐτοῖς τε ἐκείνοις καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς εἰς ἀεὶ καρπωσομένοις αὐτὴν, ἐπιμελὲς ἔργον τίθενται. Τὸν ἴσον οὖν τρόπον καὶ ὑμεῖς, ὦ γενναῖοι, τὴν φιλόστοργον ὄντως τιθηνὸν ὑμῶν ταύτην καὶ τῆς πάνυ βελτίονος τροφῆς χορηγὸν εἰκότως ἂν διὰ βίου στέργοντες ἔσοισθε· καὶ καλὰ μὲν ταύτῃ τροφεῖα, καλὰ δὲ σπουδάζοιτε παρέχειν

Bonosque et gratos imitabimini agricolas, qui altricem terram omnimoda semper aestimatione et cultura prosequuntur, nec postquam fructus ex ea semel decerpserint, dumis eam atque virgultis silvescere sinut; sed ut semper sit utilis paresque fructus reddere pergat, et a se ipsis et ab aliis perpetuo carpendos diligentem operam collocant. Pari igitur modo vos quoque, o egregii, vestram hanc vere benivolam nutricem, et quae multo meliorem alimoniam praebet, iure meritoque per omnem vitam amabitis, et huic bona nutrimenti vestri praemia, bonamque eruditionis vestrae mercedem reddere sa-

[1] Sic codex μέσω pro μέσῳ. – [2] Codicis pagella altera folii 290. – [3] Hic Studemund in ed. Gott. animadvertit *in* μετὰ α *ex* ὰ *per rasuram factum*. Sed varii in codice prius accentus fuerant μετὰ ταυτὰ, postea utrisque erasis accentibus factum est μετα ταῦτα, ubi male in μετὰ accentus erasus fuit.

τὰ διδασκάλια ἔργοις πᾶσι καὶ λόγοις. τὴν διαμονὴν αὐτῇ καὶ τὴν σύστασιν, ναὶ μὴν καὶ τὴν εἰς τὸ κρεῖττον ἐπίδοσιν φιλοπόνως πραγματευόμενοι [1], καὶ ὡς πιστοὶ ταύτης τρόφιμοι πανταχοῦ πρὸς αὐτὴν γνησιώτερον διακείμενοι, ὡς ἂν ταῖς ἐξ ὑμῶν συγκροτήσεσι [2]. Τοιαῦτα καὶ κρείττω εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἔχοι καρποφορεῖν, εὐμενὲς ἐφορώντων ἐπ' αὐτὴν ἄνωθεν [5] τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ θεοῦ.

Ἀλλὰ [6] τοῦτο μὲν σφόδρα καὶ θαρρεῖν καὶ ἐλπίζειν παρ' ὑμῶν ἔχομεν ἐν παντὶ τῷ μετὰ ταῦτα καιρῷ, εἴπερ τι βούλοισθε ποιεῖν δεξιὸν, καὶ θεῷ καὶ ἀνθρώποις εὐαπόδεκτον καὶ εὐάρεστον.

tagetis, omni opere ac sermone perpetuitatem illi ac stabilitatem, immo et in melius provectum, studiose procurantes, tamquam huius fideles [3] alumni, quovis in loco veluti conspirantes [4] erga illam optime affecti. Haec atque adeo meliora in omne aevum bona consequetur, Dei oculis desuper benigne eam respicientibus.

Utique hoc magnopere confidenterque a vobis speramus, per omne posthinc tempus, si quid certe egregium Deoque et hominibus acceptabile et gratum facere volueritis.

§ 14. *Auditores ad profectum et aemulationem capessendam excitat.*

ιδ'. Τὰ δὲ νῦν τηλικαύτης παρ' ἐλπίδας ὑμῖν εὐτυχίας ἀναφανείσης, ὄκνον ἀποθέμενοι πάντα, καὶ μηκέτι πρὸς τὴν τοῦ πράγματος ἰλιγγιῶντες δυσχέρειαν, μηδ' ὡς ἀκατόρθωτον ὅλως ἢ δυσκατόρθωτον, τὸ θειότατόν τε καὶ μέγιστον ἀπογινώσκοντες μάθημα, σώφρονί τινι κατοχῇ καὶ μανίᾳ, κατὰ τοὺς ὑμῶν σοφοὺς φάναι, πρὸς τοῦτο κατεχόμενοι φέρεσθε· καὶ τῶν ἀτοπωτάτων λογίσασθε, τοὺς μὲν πάλαι τῶν νέων φιλοπόνους καὶ φιλονόμους ἀποδημίας τε στέλλεσθαι τούτου χάριν μακράς· καὶ τοὺς μὲν εἰς τὴν πρεσβυτέραν Ῥώμην ἀπαίρειν, κατ' ἔρωτα νόμων ῥωμαϊκῶν ἀκροάσεως· τοὺς δὲ τῇ Βηρυτίων ἐπιδημεῖν [7], ἔνθα νόμους δι-

14. In praesenti autem tanta vobis praeter spem felicitate oborta, omni discusso torpore, neque diutius ob rei difficultatem titubantes, nec veluti rem plane mendosam aut aegre emendandam hanc divinissimam et maximam disciplinam consequi desperantes, sobrio quodam instinctu et impetu, ut vestrorum Sapientium verbis utar, ad hanc disciplinam perciti ruite: et absurdissimum existimate, si cum olim studiosi legum amatores longinquas rei huius causa peregrinationes susceperint, et alii quidem ad seniorem Roman iverint, audiendarum illic Romanarum legum gratia, alii autem Berytum se contu-

[1] Codicis pagella prima folii 291 et nota numerica λη' 38 scapi in imo margine. – [2] Mai omittit verba ὡς ἂν ταῖς ἐξ ὑμῶν συγκροτήσεσι. – [3] Versionis latinae folium 18. – [4] Duo verba in versione sunt apposita. – [5] Apographi Maiani graeci textus fol. 19. – [6] Editionis Gottingensis paragraphus 24. – [7] Codicis pagella altera folii 291.

δάσκοντες οἱ τῶν νομικῶν ἀνδρῶν ἐξοχώτατοι ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἠκούοντο· ὑμᾶς δὲ μηδ' οἴκοι τὸ καλὸν ἔχοντας· ἀπολαύειν ἐθέλειν ὑπό τινος κακίστης ἀβελτερίας [1] (τί γὰρ ἄν τις ἕτερον αἰτιάσαιτο;), ἀλλὰ πάσχειν ἐκεῖνο τὸ μυθικὸν καὶ ὑμέτερον· ἐν μέσῃ πηγῇ χαλεπῷ κολάζεσθαι δίψει.

Μηδαμῶς [2] οὖν μηκέτι τὸν καιρὸν τῆς ἀκμῆς ἐν τοῖς ἧττον χρησίμοις ἢ καὶ παντάπασιν ἀργῶς καὶ ῥαθύμως ἀναλίσκειν ἀνέχεσθε· ἀλλὰ τὴν καλὴν πρὸς ἀλλήλους ἔριν ἐρίζετε, καὶ περὶ τῆς ἐν νόμοις εὐδοκιμήσεως τὸν πολὺν ἀγῶνα ποιεῖσθε, μέγιστον εἰδότες τὸ ἔπαθλον, καὶ καλὴν ὅτι μάλιστα τὴν ἀμοιβὴν ἐκδεχόμενοι.

Εἰ γὰρ δὴ σπουδαιότερον ἀντέχοισθε τοῦ μαθήματος, καὶ πρὸς τὴν τούτου κατόρθωσιν ὅλους ἑαυτοὺς ἐπιτείνοιτε, ὑπὸ χρηστῶν ἡμῖν τῶν ἐλπίδων θάλπεσθέ τε καὶ τρέφεσθε, ὡς οὐκ εἰς κενὸν, οὐδ' εἰς μάτην τὰ τῆς σπουδῆς ὑμῖν ἔσται· ἀλλ' αὐτοί τε τὸν βίον εὐκλεέστερον ζήσεσθε, καὶ πολλῶν μερῶν ἄρξετε τῆς ἡμετέρας ἡγεμονίας· δῆλον γὰρ ὡς τοὺς ὄνομα καὶ δόξαν λαμπρὰν ἐπὶ νομομαθείᾳ λαβόντας καὶ ἡ βασιλεία ἡμῶν [4] καὶ οἱ μεθ' ἡμᾶς ἀεὶ βασιλεύσοντες προκρινοῦμεν τῶν ἄλλων ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν ἀρχῶν, καὶ ἀντίδοσιν πρέπουσαν ὑμῖν ἀντιδώσομεν τῆς ἀγαθῆς προαιρέσεως.

Ὡς [5] πρὸς τοιοῦτον οὖν τρέχοντες βραβεῖον καὶ [6] τέλος, ἰσχύετε καὶ ἀνδρίζε-

lerint, qua in urbe iuris prudentiam summates superioribus saeculis audiebantur; vos ne cum domi quidem bonum hoc possideatis, eo uti velitis ob vecordiam pessimam (Quis enim causam aliam incuset?). Sed illud, quod est apud vos in fabula, experiri malitis: medio in fonte dira siti urgeri.

Nequaquam igitur aetatis vestrae florem in rebus parum utilibus, imo in omnimodo otio atque ignavia conterere patiamini; sed pulchra invicem aemulatione contendite, et de bona in legum studio existimatione nobile certamen certate, haud ignari fore ut praemium maximum et pulcherrimum reportetis.

Nam si diligentius scientiae huic vacabitis, eique bene addiscendae vosmet impendetis, bonam vos spem fovere ac nutrire volo, haud vanum nec cassum studium vestrum fore; sed et vos illustriorem vitam acturos, et in multis ditionis nostrae partibus praefecturas impetraturos. Constat enim eos, qui nomen [3] famamque splendidam in ediscendo iure adepti fuerint, ab Imperio nostro et qui nobis succedent, imperatoribus praelatum iri caeteris in magistratuum delectu, et convenientem nos remunerationem vestro bono instituto collaturos.

Quare veluti ad hoc decurrentes bravium ac terminum, strenue viriliterque

[1] Editor Gottingensis animadvertit in apographo suo ἀβελτηρίας haberi; nos addimus et in cod. et apud Mai ἁβελτηρίας legi. — [2] Editionis Gottingensis hinc paragraphus 25. — [3] Versionis Maianae fol. 19. — [4] Codicis pagella prima folii 292. — [5] Editionis Gottingensis hinc paragraphus 26. — [6] Graeci textus apographi Maiani fol. 20.

σθε, καὶ ταῖς καλλίσταις τῶν πράξεων τὴν πατρίδα κατακοσμεῖτε. Ἐπεύχεται δὲ πᾶσιν ὑμῖν, διδασκάλοις ἅμα καὶ μαθηταῖς, πᾶν ὅ,τι κράτιστον τὸ κράτος ἡμῶν, πατρικοῖς κινούμενον σπλάγχνοις, καὶ τὴν ὑμετέραν διψῶν ἐν τοῖς καλοῖς εὐδοκίμησιν.

agite, et pulcherrimis actibus patriam exornate. Vobis autem omnibus, magistris una atque discipulis, optima omnia Potestas nostra precatur, paternis commota visceribus, bonae vestrae formae desiderantissima.

§ 15. *Prospera et felicia studiosis legum iuvenibus apprecatur.*

ιε'. Λάβοι[1] τοιγαροῦν πέρας αἴσιον τὰ τῆς ἡμετέρας εὐχῆς, ὦ φιλάγαθε πρόνοια, καί μοι φίλτατοι παῖδες, ἄχρις ἂν οὐρανός τε διαμένοι καὶ γῆ, καὶ ὁ θαυμαστὸς ὑμῶν οὗτος συντηροῖτο χορὸς, πληθυνόμενος[2] ἀεὶ καὶ μεγαλυνόμενος· καὶ μηδεὶς ὑμῶν ἀτελὴς, μηδεὶς ἄχρηστος ἐκβαίη, μηδ᾽ ἀκλεής. Ἀλλὰ γένοισθε πάντες, ὁπόσοι τὸ καλὸν τοῦτο στάδιον τρέχειν φιλοτιμεῖσθε, ζηλωτοὶ καὶ περίβλεπτοι στεφανῖται καὶ νικηταί· γονεῦσι μὲν δόξα, συγγενέσι δὲ καύχημα, τῇ βασιλείᾳ κόσμος, τῷ κοινῷ σωτηρία, καὶ μεγίστη τις εὔκλεια τοῖς τῶν ἀξιωμάτων βαθμοῖς· οἷς[3] ἐμπρέπειν ὑμᾶς διαπαντὸς ἐξαιτούμεθα παρὰ τοῦ τῆς δόξης θεοῦ· παρ᾽ οὗ καὶ ταῦτα πιστεύομεν, καὶ πᾶσαν ἑτέραν ἀγαθῶν ἀφθονίαν δαψιλῶς καὶ πλουσίως ἐπιχορηγεῖσθαι ὑμῖν, οἰκτιρμοῖς τε καὶ χάριτι τῆς αὐτοῦ ἀγαθότητος.

15. Prosperum itaque nanciscantur exitum preces nostrae, o benigna Dei Providentia! Et quamdiu caelum tellusque manebunt, vester hic quoque, o carissimi mihi iuvenes, egregius chorus perseveret, augescat semper et amplificetur. Nemoque vester rudis, nemo evadat inutilis neque inglorius; sed estote omnes, quoquot hoc stadium egregium decurrere ambitis, aestimatione aeque digni, victores et coronati: parentibus decus, cognatis gloriandi occasio, Imperio nostro ornamentum, rei publicae salus, splendorque maximus gradibus dignitatum, in quibus vos semper explendescere a Deo gloriae postulamus, nec non aliam quamlibet bonorum copiam affluenter cumulateque ab eiusdem bonitatis misericordia et gratia vobis suppeditari.

ΤΕΛΟΣ.

FINIS.

[1] Hinc editionis Gottingensis paragraphus 27. – [2] Erasis extremis ος et in nexu superpositis additum est verbum ἀεὶ secundis curis. – [3] Codicis pagella altera folii 292.

En itaque novum et certe non indignum argumentum, Decretum Imperatoris Constantini Monomachi, in quo eruditorum hominum ingenia exerceantur. Eorum in illud elucubrationibus prospera cuncta et felicia ad studiornm incrementum et lucem historiae et legalium dispciplinarum decus auguramur.

E Bibliotheca Vaticana die XXVI mensis Aprilis an. 1884.

D fol 65